ad Quietationem praeterea Utraq[ue] ... Officij praefati Castren[sis] Praemy-
sliensis terminos, dilationem sibi non recipiendo, nullasq[ue] allegationes,
appellationes, ac earum prosequutiones faciendo, ac praemissa ab ea pro genis
Simplicibus vel triplicatis, Evasionibus, Suspensionibus, fatalibus
Juris, ... Terrae, bello, conventioneq[ue] & alijs quibusvis
Juris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec alio modo
evadendo. Haecq[ue] sua praesenti personali Recognitione, ad praemissa
omnia mediante.

# Jaworska Turzanskiego Quietat.

Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castren[sibus] Ca- Extra
pitaneal[ibus] Premysliensibus Nobilis Anastasia Chłopecka, Nobilis olim
Leontij Chłopecki filia, et olim Nobilis Constantini Chłopecki
Soror germana, Nobilis vero Petri Jaworski pro tunc valetudina-
rij Consors legitima, cum assistentia Nobilis Joannis Chłopecki fratris
sui Patruelis et authoris. Sana mente et corpore existens, a Terrestri-
bus, Juribus, Judicibus suis quibusvis ... et compe-
tentibus recedens, praesentiq[ue] vero Castren[si] Capitaneali Premysliensi Juris-
dictioni, quo ad Actum hunc attinet, se cum Juribus, ac
bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie ...
subijciendo, palam, libere, publice, per expressum recognovit. Quia
ipsa Generosum Alexandrum Turzanski, et eius Successores, de summa
Ducentorum Quinquaginta florenorum polonicorum, ex summa originali
Quingentorum florenorum polonicorum, per olim Generosum Paulum Turzan-
ski eiusq[ue] Generosi Alexandri Turzanski fratrem germanum, Nobilibus
olim Constantino Chłopecki, et Catharinae Pohoreckea conjugibus,
et ipsorum successoribus, modo Simplicis Debiti, Actis ...
entibus inserta, et Super bonis eiusq[ue] olim Nobilis Pauli Turzanski asse-
curata, quo ad interesse suum tantum se Reum spectat et
concernit; Relinquonde ipsa Interne Debitorea super summam

[...]sarum sese extendentiae eiusque Inscriptionis contentis, et quibusuis Ligamentis, accepta ab eodem Gnoso Alexandro Turzanski suo in interesse plenaria et sufficienti Satisfactione, Quietat, emittit, dimittit, liberumque et absolutum perpetuo pronuntiat. Inscriptionem eamque Debitoreatam cassat, mortificat et annihilat. Salua sibi et suis successoribus alterius medietatis Summae Ducentorum Quinquaginta florenorum polonicorum apud successores olim Nobilis Cathenae Pohorecka, Nobilis olim Constantini Chlopecki Coniugis facultate Repetitionis reseruata et excusata[...]

## Czerniecki Wysoczanskiego et alios Quietat.

Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Premysliensibus Nobilis Michael Czerniecki Andrzeiowicz, Sanus mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusuis propriis et competentibus recedendo, praesentibus vero Castrensis Capitaneatus Premysliensis Iuridico, quo ad Actum hunc attinet, se cum successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognouit. Quia ipse Nobilem Eliam Wysoczanski, tum Subditos eius, Labosos Paulum Petryszyn, Lawko Michowicz, Wasil Seleszkanie, Fedo Petryszyn, Iarema Huszczakowicz, Iwan Paczynicz, Iwan Plebanic, Iwan Misinicz, Michalko Mislinicz, Iwan Rusin de Wysne Wysocko tantum, eorumque successores de Causa et Actione per se Reg[...] ipsis ad officium praesens Castrense Capitaneale Premysliense et quidem supradicto Nobili Eliae Wysoczanski ratione supradictorum Subditorum, tum ratione in processu Causae specificatorum furti et praedae Inculpatorum non Statuitionis, supradictis vero Subditis ratione eiusque furti et praedae commissae instituta, et intentata tum de poenis, et quidem sup supradicto Nobili Elia Wysoczanski Banitionis perpetuae, sup vero eiusque Subditis Infamiae et furcae